



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De illa tam celebri quæstione, vtrùm vsurarius acquirat dominium rei per
viam acquisitæ, vbi inter latam exactamq[ue] disputationem stabilitur
argumentis fortibus sententia negatiua, & soluuntur ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

consumpti. Hæc Couar. & facit pro eo, & Soto ratio ante
allata, scilicet quod tunc nihil est domino recompensan-
dum de fructibus cum nihil minus habeat, quia eon-
supponimus non erat habiturus, sed hoc tantum tenet
equitate, & cum his duabus limitationibus, scilicet quan-
do iam non extant fructus, quia sunt consumpti, & si
fructus fuere exigui parum excedentes labores & sum-
ptus.

¶ De illa tam celebri questione, utrum usurarius acquirat do-
minium rei per usuram acquisitæ, ubi inter latam exallam
disputationem stabilitur argumentis fortibus sententia magis
tina, & solvantur argumenta Nauar. & aliorum allata in
parte affirmatiua.

CAP. LXXIX.

Q. 1. Pervenimus iam tandem ad illam potissimam quæ-
sionem, quæ viam sternit ad notitiam alterius sibi ante-
xæ quæstionis an usurarius teneatur restituere fructus
possessionis per usuram partæ, & an illos faciat suos. In-
tur celebris hæc quæstio est, quæ valde controuertitur in
scholis, utrum usurarius acquirat dominium rei per usur-
ram acquisitæ. Circa hanc quæstionem duæ aut tres opi-
niones versantur in scholis, prima est glos. illius tenet
Ambrosij, si quis usuram. 14. q. 4. quæ asseruit per dan-
dum usurariam transferri dominium in usurarium, cui sub-

a Palud. in scribunt Palud. a atque Adria. b qui ait esse opinionem
4. dist. 15. communem Canonistaram, & citat in eandem sententiam
b Adrian. Enricum Gandensem in quolib. 4. q. 27. Imo in eandem
in quæst. de sententiam citat D. Thom. in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4. de
usura.

c Syluest. secundum opinionem aliorum transfertur dominium
ver. usura. ibi patet. Sotus quoque d ait quod D. Thom. ibi tenet
6. §. 1.

d Sotus de citat Scorum. e At verò E. Iosephus in suis floribus in
inst. & in- teria de usura, ubi de hoc pertractat ait priusquàm ad quæ-
re. lib. 6. q. 3. stionem respondeat velle se Scorum ab hac calumnia

1. art. 4. imposita tutari, quia potius inquit Scorus tenet usur-
e Scor. in- rium pecuniæ sanebris non sibi comparare dominium
4. dist. 15. quia solum ut impertinens oppositum admittit, quoniam
9. 2. art. 3. solum istam consequentiam, esto antecedens esset veritas
secundum

secundum alios, non valere voluit commostrare, scilicet
usurarius acquirat dominium rei per usuram acquisitæ:
ergo non tenetur illam restituere, sicut nec valet mutua
tus acquirat dominium mutui, ergo non tenetur illud
restituere. Navarrus ^f quoque sequitur Glos. dicēs, quod
dominium rei per usuras lucrifactæ transit in usurarium
quam Glos. ait communiter esse receptam, quæ respōdet
cap. si quis usuram. 14. q. 4. contrarium significanti.

f Navar.
Sum. Lat.
c. 17. num.
265.

Argumenta autem quæ hæc opinio habet pro sui ful
cramento hæc sunt suo ordine. Primum, quia mutuatarius
libere donat, cum ergo per liberam donationem transfe
ratur dominium, sequitur quod & per usurariam dona
tionem dominium transferatur. Et confirmatur quia si
non esset libera donatio, esset quia necessitate compelli
tur mutuatarius accipere mutuum sub usuris, sed aliquan
do absque necessitate petit mutuum sub usuris, ergo tunc
non compellitur.

Secundo arguitur metus multo efficacius tollit vo
luntatem, quam necessitas accipiendi mutuum, sed tamē
non obstante metu, transfertur dominium & licet detur
reperitio, & tales contractus sint in irritum reuocandi,
ergo à fortiori per dationem rei usurariæ, quæ non est
involuntaria sicut si metu, esset facta, transfertur do
minium. Et confirmatur, quia etiam contractus matri
monij metu contractus, si metus non sit cadens in con
stantem virum, tenet & potestatem supra corpora con
iugum inuicem transfert, ergo multo magis contractus
usurarius, vbi maior subest libertas in donante usuris, il
larum transferet dominium.

g cap. Al
bas de his
quæ vi me
tusve cau
sati sunt. c.
l. metū. ff.
eod.

Tercio arguitur ex sententia Aristoteli. Ethicorum
de mercatore exemplificantis, qui metu tem
pestatis, abiicit merces in mare, vbi secundum Aristot.
licet involuntarij quidpiam admixtum insit, nihilominus
est illa abiectio mercium simpliciter spontanea, ergo pa
riet illa datio usuræ pro mutuo, licet aliàs noller dare,
erit simpliciter spontanea, ac per consequens sufficiens
ad transferendum dominium.

Item quarto arguitur, quia mutuatarius non dat usu
rario pecuniam usurariam tanquam in deposito, neque
in piguis, neque per locationem, quibus contractibus
non

non transfertur dominium sed vere dar pro mutuo, etc. transfert dominium. Item vltimò arguitur, quia si non transferretur dominium, sequitur quod omnes contractus, quos vsurarius cum illa pecunia vsuraria conficeret, essent inualidi. patet sequela, quia perinde esset, ac si facta pecunia furtiua cuius non est dominus illos contractus faceret, ac consequens videretur durum, quia si tales contractus essent inualidi, quicumque vsurario panem, aut vinum venderet, aut rem, teneretur restituere pretium vero domino. Igitur his tamen non obstantibus, & non obstante, quod Adrianus in suam contrariam sententiam affirmatiuam omnes iuris doctores citet, quia Syluestro quoque qui iuris est doctor, verbo, Vsuræ. 6. dicit opinionem negatiuam D. Thom. h. teneri communiter à doctoribus, opinionem negatiuam indubie veram sustinemus. Nam non nos deterret illud verbum Adriani omnino tenere opinionem affirmatiuam, quia vt tanquam reus expertus ait Sorus, mos est doctorum de hoc etiam non conuenire, scilicet quænam sit opinio communis. Præterquam quod D. Thomæ autoritas, qui opinionem negatiuam hic expresse tenet tanta est, vt merito contra authoritatem aliquorum doctorum eius authoritati magis sit cedendum, quia potioribus rationibus regulariter sua sententiam solet communire.

¶ Sit igitur conclusio responsiua ad quæstionem qua indubitate est vera, rei vsurariæ, per dationem mutuarum, in vsurarium non transfertur dominium: neque eius dominus sit vsurarius. Hæc conclusio est Diui Thomæ quam expresse tenet. 2. 2. q. 78. in vltimis verbis arti. vbi ait quod fructus rei per vsuram extortæ, ideo sunt restituendi, quod qui eam dedit est eiusdem rei dominus. Hanc autem opinionem Diui Thomæ sectati sunt antiqui doctores Alexander, i & Aluisciodorensis, k & Ricardus, l & Carthusianus qui quodlibet. 1. fecit de hoc quæstionem tertiam, tract. 21. & frater Iosephus qui in suis floribus eam sequitur, art. 9. 1. Scotum potius fuisse eiusdem sententiæ. Est Syluestri, verbo Vsuræ. 6. quæstione prima. Quam antequam suis rationibus corroborare aggrediamur supponenda est illa veritas sententiæ, scilicet quod nuda traditio rei non est certum signum translationis dominij, vt probe docent Syluester & Sorus

h D. T. 2. 2. q. 8. art. 3.

i Alex 3 par. 4. 66. num. 4. k Aluisciodorensis. l Ricardus. in 4. dist. 15. q. 4. art. 5.

Sorus locis citatis, & probant ex ff. de acquirendo re-
 domini. l. nunquam, vbi sic habetur, *Nunquam enim
 traditio transfert dominium, nisi venditio, aut iusta causa
 processerit propter quam traditio sequeretur.* Hoc præiacto
 fundamento, primum instat probationis argumentum ta-
 le, quia hic neque lex, neque arbitrium voluntatis soluen-
 tis vsuram, vsuræ transferunt dominium: ergo per solu-
 tionem vsuræ non transfertur dominium. Patet hoc quia
 non est alia via transferendi dominium, nisi per legem,
 aut per voluntatem dantis, sed probatur antecedens quo
 ad primam partem, scilicet quod non per legem, quia lex
 omnem talem contractum vsurarium vetat, ergo transla-
 tionem dominij rei vsurariæ non concedit. Quo ad se-
 cundam partem patet, quia vt ex maxima præsupposita
 constat, per hoc quod mutuatarius voluntarie pecuniam
 tradit vsurario, non constat eius traduxisse dominium,
 apponimus enim non eam dedisse ratione amicitiae me-
 re gratis.

¶ Et confirmatur quia non datur illa pecunia vsuraria
 gratis, sed ratione contractus mutui: at contractus mutui,
 quando in eo vsus pecuniæ emitur, quia talis vsus, nullo
 modo seorsum precio extimabilis, non arguit translationem
 dominij: ergo nullum est argumentum convincens quod
 voluntas soluentis vsuras sit dominium earum transferre.

¶ Et confirmatur secundo, quia secundum regulam iu-
 raturam, dum non constat de opposito, nullus præsumi-
 tur, quod suum velit abicere dominium, quia auara esse
 videtur natura hominis post peccatum, cum ergo mutua-
 rius non præsumatur donare quod dat ultra sortem, fit
 vt illic nulla fiat dominij transmissio. Nec valet obiectio,
 quod si non dat id quod plus dat in pignus, vel in deposti-
 tum, quod conuincitur illud dono dare. Quia illud dono
 non datur, sed quia aliter non potest extorquere mutuum,
 hac sola causa dat. Neque valet replica quod si non vult
 transferre dominium, ergo decipit hominem, quia bene
 ad hoc respondet Sorus negando consequentiam. Imo
 generator seipsum decipit. Nam postquam accipit quod
 non debetur, ipse viderit, quomodo recipit. Si qua-
 eratur ergo qualis est ista traditio, alio nomine dico quod ca-
 re, quia solum dicitur traditio vsuraria.

¶ Secundo

¶ Secundò probatur, quia omnes partis aduersæ fautores fatentur feceratore fructus ex fundo usurario accepto, teneri restituere, & huius nullam aliã rationem afferre possunt præter eam, scilicet quam reddit D. Thomas, quia dominium eiusmodi fundi usurario non acquirit, nam si acquireret, quia res suo domino solita est fructificare, illos fructus faceret suus, neque eos teneretur restituere. Quod si quis responderit istos fructus deberi ratione moræ, sequitur si mutuatarius illum non esset culturus fundum, sibi illi non deberentur fructus, quod non est verum. Confirmatur: quia cum leges omnes aduersentur, exosumq; habeant vitium usurarum, usurarijque odiosissimæ sint, si iam dominij iudicatio eis concedatur, hoc in tantum esse fauorem suum glossabunt, vt se dominos agnoscentes talis rei, eam nulla obligatione restituendi teneri sibi persuadebunt, sicut dum mutuatarius eam non repetit.

¶ Item tertio arguitur, quia mirum est quod leges impedire translationem dominiorum solent in dationibus, quæ sunt pro re turpi, & iniuriosa, vt si detur assassino aliquid, vt hominem occidat, aut pro corrupendo iudice, aut Simoniacæ, quia res spiritualis non est vendibilis, & quod datio usuraria pro vsu mutuatæ pecuniæ, quæ licet nullus est pretij, transferat dominium. Argumentum est ergo leges istius contractus prohibitorum translationem dominij impedire. ¶ Sed dicet aliquis nobis aduersus quid prohibet, vt ratione mutui saltem, si non grauius possit mutuatarius id plus usurario donare. Respondens eum Altifiodorensi doctore graui, quod mutuatarius non tenet id dare aliter, quam iura permittunt, quæ dominij translationem prohibent illa ratione. Imò si ratione mutui contractus, & conuentionis vellet donare, dominiumq; transferre id facere non posset prohibente id legum diuina, naturalique quæ hac via usurarij ad acquirendum dominium incapaces inabilemque reddit.

¶ Item arguitur præsertim contra Nauarrum ex eius assertionem. ^m leuis metus inquit eatenus in foro conscientie inuadit factum, quatenus fuit causa saltem sine qua non illius actus argum. cap. fina. de iniurijs, & hoc quia metus leuis in conscientia, secundum quid inuadit

^m Nauar.
^{Sam. Lat.}
^{c. 17. num.}
29.

mutuum facit actum: sed etiam hic mutuarius, secundum quod inuoluntariè dat, quia metuit quod vsurarius aliter sibi non mutuabit, & quia cum teneatur gratis mutuare, cum petit vsuras, ingerit sibi metum vsurarius, quod aliter mutuum non dabit: ergo metus hic, vel inuoluntariū hoc, etiam secundum quod inde causatum in conscientia, contractum, & dationem hanc inuoluntariè ex ore suo Naturam hic iudicamus. ¶ Arguitur etiam argumento Soti, quia si vsurarius esset dominus vsurariæ pecuniæ, sequeretur quod si nō haberet vnde integrè suis debitoribus solueret, habendo creditores antiquiores quibus debet ex contractu licito, ex pecunia vsurariæ postea contracta non mutuarius à quibus illam extorsit, sed creditoribus antiquioribus, restituere deberet, quod nemo cōcedit. Quod autem hoc sequatur patet, quia debitor ex pecunia cuius est dominus cæteris paribus antiquioribus creditoribus prius restitutus est.

¶ Vltimò quoque confirmatur, quia proiicias merces in mare, licet inuoluntariè faciat secundum quid; & voluntariè simpliciter, non amittit earum dominium, ergo neque etiam mutuarius licet simpliciter voluntariè det vsuras, quia tamen secundum quid inuoluntariè eas dat, non amittit earum dominium.

¶ Secūda conclusio non solum in rebus acquisitis per vsuram non vsu consumptibilibus, vt in possessionibus, sed etiam in rebus vsu consumptibilibus, quales sunt quæ consistunt in numero, pondere, & mensura, vt pecunia, vinum, oleum, triticum dum manent impermixta ista, nō transferretur dominium in vsurarium. Hæc Soti est, & Syluestri, qui adiecit istam limitationem scilicet quandiu ista manent impermixta. Hanc conclusionem statuimus contra alios existimantes Diuum Thomam in istis rebus vsu consumptibilibus sensisse contrarium. Nam ait Sotus Diuum Thomam in solutione ad tertium, idem astruere de pecunia vsuraria, scilicet quod eius quoque ab vsurario non acquiratur dominium, vbi ait, quod vsurarius plus iuris habet in re acquisita de pecunia vsuraria quam in ipsa pecunia vsuraria, quia in re tali pecunia vsuraria acquisita habet dominium, & possessionem, sed in pecunia tali non habet dominium, & patet, quia eadem est

II. Pars. F. L. Lopez instr. Consc.

I

vtrobique

utrobique ratio, tam in consumptibilibus, quam in non consumptibilibus. Hæc cōclusio est etiam fratris Iosephi ubi supra. Et tandem ibi addit Sylvester quod si quis velit contendere quod fictione iuris ciuili usurarius sit dominus, tamen iure diuino, & canonico oportet dicere, quod dominium maneat penes soluentem, nisi contra rationem mutui donet, ac perinde idem est in conscientia quoad omnem effectum, ac si dominium in usurarium non esset translatum.

¶ Igitur ad argumenta in contra ad primum dicitur quod ita est, illa enim est causa, quod non fit translatio dominij, quia est non libera donatio: sed usuraria datur ratione mutui quæ nihil valet. ¶ Ad confirmationem dicitur quod parum refert mutuatarius necessitate compulsus, vel si ut suo tantum obsequatur animo mutuum petat, si postquam constiterit petere mutuum, compellitur usuram dare, quia non potest aliter mutuum obtinere.

¶ Ad secundum argumentum multipliciter respondetur. Primò ex mente Soti, quod etiam dario per metum, cum non sit spontanea, non est cur transferat dominium, neque iura contrarium volunt, imò plane docent huiusmodi donationes, scilicet non irritandas, sed ut irritas declarandas fore, & fatetur Sotus cum quis iurat latronibus daturum pecuniam, ratione iuramenti tenetur dare: sed cum tradiderit minime dominium tradit.

¶ Et si obiiciatur contra quid si iuret se velle transferre dominium in usurarium cum mentiri non intendat, nec fiste iuret, sequitur quod tunc transferat dominium. Respondetur ex mente fratris Ioannis de la Peña doctissimi, quod si iurauit ratione mutui dominium transferre, tunc prohibente hoc iure naturali, & positiuo, non acquirit usurarius dominium, quia fit incapax iure naturali talis dominij ratione mutui principaliter, sed dato sibi sic potest rasset dominium, obnoxius maneret restitutioni etiam fructuum, quia à principio fuit in culpa & tenebatur rescindere contractum ex iustitia.

¶ Secundo soluitur argumentum ex mente eiusdem magistri Ioannis de la Peña dicendo quod in illo capitulo Abbas de his quæ vi, metus, non dicitur quod contractus irritetur quasi ipse, qui per metum obtinuerat possessionem illius

res haberet dominium, sed quia habebat possessionem quasi æquivalentem dominio, & erat apparentia, quod contractus esset validus, ideo dixit fore irritandum in foro exteriori cum vere in conscientia esset irritus.

¶ Tercio soluitur, quia in aliis contractus metu initi habentur irritari, quamuis non tantopere sint suapte natura gratuiti, quia fiunt cum pacto interdum do, vt des. At mutatio iure naturæ est contractus gratuitus, & datio gratuita nihil vltra sortem sperans sicut donatio est actio gratuita. ergo sicut nõ solum metus leuis, sed quodcumque inuoluntarium secundum quid in conscientia irritat donationem: sic & mutuationem non gratuitam quo ad illas vsuras, quas nollet dare.

¶ Ad illud de matrimonio coactio valenti ex metu leui contracto concessio antecedenti negatur quod pari ratione datio vsuraria, non obstante inuoluntario secundum quid sit valida, quia est differentia patēs. Primò, quia cum matrimonium sit sacramentum, & continens perpetuam inseparabilitatem noluit ecclesia propter reuerentiam sacramenti, ex leui metu, vel ex inuoluntario leui inuoluntari: secus de contractu accipiendi aliquid ratione mutuationis quæ gratuita debet esse, & gratis fieri.

¶ Secundo soluitur ex mente fratris Ioannis de la Peña, quia est differentia secunda, etenim contrahens matrimonium voluntarie intendit tradere dominium corporis in uxorem si verba profert necessaria, scilicet accipio te in uxorem, quia alias mentiretur, at qui dat pecunias vsurarias vsurario, dominium non intendit transferre, quia nihil tale affirmat, sed tantum illud tradit quod est necessarium ad redimendam suam vexationem.

¶ Ad tertium argumentum ex philosopho respondetur quod licet ita sit quod illa datio vsuraria sit voluntaria simpliciter auctore Aristotele, tamen inuoluntarium secundum quid in ea mixtum sufficit ad irritandam illam ipso facto, ratione iam dicta.

¶ Ad quartum concedo quòd non dat ratione pignoris, aut depositi, sed dat ratione mutui, quæ ratio, nisi alia ad se impedit translationem dominij.

¶ Ad vltimum responsio patebit, cum de validitate, vel nullitate contractuum initorum cum vsurariis statim nobis

500 Cap. LXXX. De corollariis ex sententia, &c.
 nobis est disputandum. Circa hanc questionem mo-
 fus quam nobis erat animus, sumus immorati, consilia
 tamen, & non ab re, nempe, ut pateat, quam sint falsa
 foro conscientiae assertiones aliqua, quas Nauarrus cum
 aliis canonistis, ex principiis contrariis ad nostras con-
 clusiones, quae quidem proculdubio ostendimus esse prin-
 cipia falsa inferri.

¶ De conclusionibus specialibus, quae inferuntur ex sententia
 gatiua hac, quod in usura non transfertur dominium, quae
 est contra Nauarrum, & an heredes usurarii debita usura
 teneantur singuli restituere in solidum acis non soluentibus, ac
 solum pro portione partis quam quisque adiuit.

C A P. LXXX.

Poltquam fundamentalem ad plures conclusiones
 praecipimus basim, superest nunc conclusiones, quae
 inde eliciuntur statuere, & alias ei annexas, atque con-
 sequentes.

¶ Sit igitur prima conclusio, si aliqua domus, vel pos-
 sessio sit emptae ex pecunia usuraria, non est restituenda
 mutuatario soluti pecuniam usurariam, unde emptor est
 ab usurario. Haec conclusio est iuridica, & probatur ca. di-
 tu. & cap. tua. de usuris. patet ex D. Tho. 2. q. 78. q. 2.
 quae de usuris sunt comparatae non sunt eorum, quorum
 sunt usurae, sed illorum qui eas emerunt. Sunt tamen obli-
 gatae illis, a quibus fuerunt usurae acceptae sicut & alia
 bona usurarii, & ideo non praecipitur, quod assignentur
 istae possessiones his, a quibus acceptae fuerunt usurae, quae
 forte plus valent quam usurae, quas dederunt, sed praeci-
 pitur quod vendantur possessiones, ut si aliunde usurarii
 usuras non sint soluendo, earum pretia restituantur secun-
 dum quantitatem usurae acceptae. Haec D. Thomas.

a D. Tho.
 2.2. q. 78.
 art. 3. ad 2.
 arg.

¶ Sed quia hic idem Diuus Thomas docet, quod pos-
 sessiones sceleris pecunia emptae sunt obligatae soluendo
 bus usuras, sicut & alia bona usurarii: Quae tunc an hoc
 sit verum. Nam Nauar. p. ait contra S. Thomam verum esse
 se quod bona usurarii non sunt obligata pro usuris extor-
 tis, quia inquit nullo iure probatur talis obligatio: & in-
 tenet Ioannes Andr. Panormit. & communis in cap. cum
 tu. &

b Nauar.
 Sum. Lat.
 cap. 17. nu.
 295